

ed quod invenisset Astrologiam, & docuisset cursus siderum, disciplinaeque, maxime erga religionem. Strab. 17. n. 107. Manil. 1. Astron. cap. 1. à v. 30.

Manil. Tu Princeps auctorque sacri Cylenie tanti. Per te jam caelum in terris, jam sidera nota.

Arbitror ex Aegypti sumptum, nec esse Mercurium Majae gnatum, sed Trismegistum. Eodem die etiam illis solemne Heroibus Indigetibus sacra facere, in apotheci mutatis nominibus (ut apud Romanos, Romuli in Quirinum, Pici in Faunum) Circes in Maricam, Inos in Matutam, Ledae in Nemefim. Tiraquell. in Alex. Neapol. 6. cap. 4. & Natal. Com. tot. lib. 10. Mytholog. Fulgent. Placiad. à lib. 1. Apollodor. lib. 2. atque Hygin. & Palaphat. in Fabul.

Indigetes. 13 Apud Acheos sacra Mercurio Agoro, in luco. K. G. Lucus ex platanis, tanta magnitudine (inquit Pausan. cap. 228.) ut intra cavernas, qui velint, & epulari, & recumbere possint. Fori area magno & late parenti ambitu est. In medio Mercurij Marmoreum Signum cum barba & quadrata basi eminens, modica magnitudine. Cognomen est Agoro (id est, Forensis) proximo loco Oraculum est. Ante Mercurij Signum Vesta: apposta ei plumbo sunt ferruminata aenea lucernule. Qui Deum consulunt, Vestam primum thure incenso placant: deinde oleo infuso lucernas accendunt. Tunc vero in ara dextera parte nummum, patri nota signatum, dedicant. Ubi, quod ex usu fuerit, interrogant; aurem simulacro admover: inde e foro abiens, manibus aures premit. Ubi e foro excessit, amota manu, quam primum excipit vocem, eam sibi oraculi loco ducit. Etiam referunt Gyrard. Syntagm. 9. n. 13. Natal. Comes, 5. cap. 5. Bulenger. de Oracul. cap. 92.

Mercurius Agoreus. Oraculum. 14 A Laurent. Ramirez de Prado in Purerg. signantur Nuptiae Philippi Amyntae cum Cleopatra, dimissa Olympiade. Fallitur, ut videbimus 25. Novembr. quia factum post victoriam ad Cheronam; ut astruunt Plutarch. in Alexandr. & Nonnius, in Graec. Goltz, Tabul. 30. Causa despectus atque tedium Olympiadis, ed quod foetus Alexandri tribueretur Jovi Hammoni (cujus embolium videbimus, 6. April.) quo post Alexander evanuit. Nam mater ejus Olympias confessa viro suo Philippo, Alexandrum non ex eo se sed ex serpente ingentis magnitudinis concepisse. Denique Philippus, ultimo propè suae vitae tempore, filium suum non esse palam praedicaverat: qua ex causa Olympiadem velut stupri compertam, repudio dimiserat. Justin. Histor. 11. Hinc post Alexandri fatum, ut ait Goltz in Graec. Tabul. 34. excussum

Nuptiae Philippi Amyntae, repudiata Olympiade.

numissima cum effigie foeminae sedentis, quae ingentem serpentem manu tenebat. Interpresque Nonnius ita exponit: Olympiadem hanc puto esse, Alexandri matrem. Qua nocte eum concepit, visa per quietem est cum ingenti serpente volutari. Philippus juxta dormientis Olympiadis corpus conspexit accubantem draconem; quae res amorem, charitatemque ejus erga uxorem vehementer extinxit: adeo ut ejus concubitum frequenter evitaverit; sive veneficia aliqua reformidans, sive illius consuetudinem Deo cuiquam, religione motus, permitteret. Immo cum hac de causa Delphos misisset, responsum illi ab Oraculo, jubere eum Hammoni rem divinam facere, & hunc Deum in primis venerari, ipsumque ex oculis alterum amissurum, quo in draconis forma concubentem Deum cum Olympiade per Januae riam aspexisset. Idem Plutarch. in Alexandr. qui addit: Philippus aliquanto post nuptias tempore, in somnijs sibi visus est, utrum uxoris obsignasse annulo, cui leonis esset insculpta imago. Aristander ariolus, nihil enim dixit, inane obsignari, & parituram filium animosum, leoninoque ingenio praeditum. Jo!

Alexander ex dracone

Somnium ejus, & Olympiadis

15 Apud Persas celebris dies propter Xerxis assumptionem in regnum, dictus natalis imperij. Diar. Persic. Licet ille minor natu Artemene, primogenito Darij Hytaspis (Artaphernes, utriusque patrius, electus in Judicem, diremit litem) electus in Cyri solium; quia natus ex Dario jam rege & Artemenes prior, sed ex patre fortunae privatae. Justin. d. lib. 2. & Herodot. 7. à n. 1. Sic ille cum Artaxerxe filio usus est, praeterito Dario primogenito, dum in regni societatem assumpsit. Voluit Xerxes praerogativam sibi factam, non tam exemplo, quam lege derivari. Turfell. v. c. ann. 281. Hac die in solium assumptus, cum esset electus, 24. Novembr. sed propter ibi dicenda protracta pompa. Xerxes habebat formam dignam imperio. Unde Herodot. d. num. 46. subdit: Nemo erat qui aut specie, aut magnitudine corporis cum Xerxe posset contendere, tamquam dignior qui illud imperium obtineret. Convivium hac die quotannis instituit, dictum Titan, id est, Coena perfecta. Alex. Neapolit. 4. cap. 20. Xerxes (ait) diem, qua creatus est Rex, tamquam imperij natalem singulis annis insignem celebravit; qua diademate ornatus, gaudio delibutus, cenam proceribus dabat, cui Titan dixere nomen. Hic Tiraquell. Non Titan, sed Cenam Titanam dici fatagit; quasi coenam plenam & lulentam; in qua solum caput regis ornatur,

Xerxes assumptus in thronum

Cena Titanica

tur, proceribusque sternas & munuscula elargitur. Vid. Herodot. lib. 9. n. 60.

Sacra Oromazi.

16 Haud minus celebris inter Aegyptios praesens dies propter Oromazis sacra. Apud Persas Oromasdes, ut notat Plutarch. in Alexandr. Hic Deus dicebatur Bonus; sicut Arimanius, Deus Malus: ex cuius dogmate Manichaei sua deliria fluxere, & de quibus fuisse dicemus, 11. Aprilis 9. Hi Dij, quorum Numina a Zoroastre advecta in Persidem, excogitati ab Aegyptijs, ut astruit Kircher in Simia Aegyptiac. cap. 4. Collocabantur ad latera Mithrae, superioris Numinis inter Persas: Bulenger. 1. de Magia, cap. 6. & Oromazi candidas mactabant victimas, Arimanio vero fulvas. Plutarch. de Isid. & Osirid. quia ille res laetas separabat à moestis, ac à tenebris amoenissimam lucem. Unde ut ait Rhodigin. 7. cap. 14. colebant Oromasin, Mithrin & Arimani (quos Gnostici haeretici vocabant Deum, Mentem & Animam) ed quod Zoroastres constituerit Mithram (de quo late, 19. Decembr. à n. 14.) & duos Deos: Oromazem luci, Arimanium obscuritati similem. Gyrard. Syntagm. 7. à n. 21. Quapropter in Ovo, quod dicebatur Zoroastres, erant interfertae nigrae & albae vigintiquatuor pyramides, quarum figuram videlis apud Kircher. in Obelisc. Pamphil. lib. 2. cap. 10. & in Barberin. Tom. 3. Oedip. Aegypti. Syntagm. 5. cap. 3. internixtis characteribus Planetarum lingua Coptica; ut pro Saturno Eneph, pro Jove Itkon, pro Marte Phra, pro Sole Osiris, pro Venere Amum, pro Mercurio Vulcanus, pro Luna

Quis, & etiam Arimanius?

Orum Zoroastres.

Horae.

Isis. Horas diei ac noctis signatas per nigras & albas pyramides, autumat Pier. Valer. 33. cap. 49. qui nigrae noctis, atque diei albae Solis sunt filiae. Mithram ignem fuisse, & Oromazem ejus ministrum, qui non alius nisi Zoroastres ex pluribus AA. astruit Bulenger. d. cap. 5.

Zoroastres aut Oromasdes?

Ignis immortalis inter Persas datur Perso.

17 Unde ignis adorationem instituit, quo postulavit absumi, ut contigit; quia fulmine tactus e caelo. Plin. 30. cap. 1. ex Georgio Monacho ibid. Bulenger. Docuit Persas (ait) magiam, quae dicitur Medusa: igitur Perso regnante, ignis in Persis de caelo delapsus est: ex quo ignem alium accendens, & fumum extruens, in eo reposuit, vocavitque templum Ignis immortalis, & constituens viros qui servirent, servarentque ignem, Magos eos appellavit: quos ritus in multa dignatione habentes Persae, colunt ignem. Cedrenus aliter refert causam institutionis, ibid. igitur cum ingens procella orta esset, Perseus preces fudit, subitoque fulmen instar ignei globi delapsum est, cujus casu tempestas sedata. Tom. I. Ephem.

Ex eo igne Perseus ignem accendit, & in Regia extruxit igni sacellum, ubi sacerdotes ignem colerent, uti de caelo lapsum. Idem Chronic. Alexandrin. pag. 95. de illis plura, Isagog. Mart. n. 5. Immortalem utique conservarunt, quousque Cosroae tempore, qui pro majestate super thronum habebat igniferum coelum; Heraclius, ut insit Tzetzes, Chiliad. 1. Hist. 66.

Quando extinctus?

Idem Persarum extinxit, quem Persae colebant, E fulmine accensum à Perseo olim. Ritus refert Ctesias in Persicis, & Herodot. lib. 3. n. 7.

Tzetzes.

18 Uti Oromazem & aversum fratrem ad mythologiam plerique derivant; ad Theologiam applicat Bulenger. d. cap. 6. Illud (insit) de genio bono & malo deque Dijs averruncis, non Persis singulare, sed genibus penè omnibus commune fuit: ut homini quamprimum natus est, bonum malumque genium, vitae perpetuum comitem, apponerent. Nos ex professo astruximus T. 4. Tam. 5. à 28. Malum genium Arimanium, & Oromasdem bonum genium vocat Diogenes Laert. Proom. in Vit. Philosoph. Elucet ex imagine utriusque apud Georg. Hervvat, in Thesaur. Hieroglyph. cujus interpretationem adoratus est Kircher. in Magia Hieroglyph. Claif. 11. cap. 6. litt. Q. Mars (inquit) supra florem stans, haec scilicet scivoque munus, flores radices suas in modum cymbae medio firmante. In prima facie figura est Harpocrates, Martio habitu indutus, supra leonem sedens, ad instar cymbae efformatum, flagello & cruce Tauica, cassideque formidabilis. In secunda parte tantumoxphos daemon (id est, figura crucifixi) quaternis alis instructus, in cuius utraque manu baculus, sub pedibus canem, ad cuius caudam stella, & indicat Mercuriale lumen. Sat ergo superstitionum.

Genius bonus & malus.

Imago.

Harpocrates.

DIES V. JANUAR.

1 G Rad. 15. Solis in Capricorno, in quo casus Jovis. Dies infausus. Dario. Sagitta occidit vespertino Aegyptijs. Plin. Pes Lucidus Orionis oritur vespere. Alsted. in Uranomeir. Hoc in gradu oritur Cepheus. Firmicus lib. 8. cap. 15. Sub hac constellatione nati summe austeri, & tetrici in tragicis versantes: At si constellatio in occasu, in scopulis morientur, vel torturis peribunt, aut igni traditi. Idem ibid. Fiducula matutino exoritur: tempestas. Columel. & Ptolom. qui addit: Aquila occidit, Delphinus totius emergit, ventorumque fit concursus. Imago Vir ingemulans. Non-

Non.

bi-

Sagitta. *bilitas nascetur. Sphaer. Arab. Reges fabis creantur. K. P. R. De occafu Sagittae Jovian. Pontan. 3. Uran. ita canit: Quem procul occidua vidit de parte Sagitta, Ipsa quidem radijs percussa nocentibus aequae Aequae praesidio nitens, & fortis amicos; Vendetur miser, & foedabit sanguine arenam.*

Pontan. *2. Inter Hebraeos mors Noe Rab. Abrah. astipulatur Tornie. qui ann. 2006. n. 1. subdit: Vite suae 950. circiter expleto. Ante obitum filijs distribuit ossa Adami, & Semoque dedit cranium. Moyf. Barceph. de Paradis. cap. 14. & etiam Malucde. cap. 57. Apud Ethnicos dictus Janus, ut late nervoseque astruitur ab Anonymo in Observation. ad Natal. Comit. cap. 10. & 11. & à Smetio in Kalendar. haud quia hoc mense exierit ex Arca; de quo die 2. n. 2.*

Noemi obi-
tus.

3. Inter Hebraeos etiam jejunium solemne propter mortem Seniorum, qui fuerunt coevi Josue. Leonard. Mar. & Scaliger. in K. Signantur Josue 24. 31. Judic. 2. 7. Genebrard. in K. H. protrahit usque in diem 8. Annis ab hinc 823. contigit mors religiosissimi Josiae, Regis Juda. Eutich. in Annal. Alexandr. Regnabat in Aegypto Pharao Nechao, id est, claudus, qui in vastatione Aegypti facta à Sennacherib, puer effugerat, uti dicitur 13. Septembr. n. 2. Filius erat Plammetici Graeci, qui primus ex Graecis in Aegypto regnavit, ut ait Genebrard. Ann. 3469. fusaeque Herodot. lib. 2. à n. 50. de Nechaoque à n. 53. refert, fossam ad rubrum mare ferentem primum fuisse aggressum (posterioribus temporibus idem conatus est Nero) in qua fodienda centum viginti milia Aegyptiorum perijisse, & destitisse in medio operis, quia ei ex Oraculo dictum, Hostibus Aegypti moliri opus. Unde in Septentrionem castra movit, & in nostrum propositum subdit: Terrestri acie congressus cum Syris in Magdolo victoria potius est.

Jejunium.

Mors Josiae.

Quis Pharaon Nechao.

Fossam cepit in continuationem utriusque maris.

4. Ergo Nechao memor praedictae cladis, ut illam retaliaret, & spolia ablata ab Afsyrijs repeteret, praesertim quia à morte Sennacherib, cujus exercitus in Judaea ab Angelo deletus, regnum in pejus sine viribus ruebat; animo concepit expugnare Niniven, & aggregare Aegypto regnum Asiae. Pervenit in Menden, seu Medemenam (alias Bersabe, seu Geraram in tribu Simeon, ut describit Adrichom. ibid. n. 57.) ut cum Afsyrijs posset pugnare in Charcamis juxta Euphratem; transitumque petijt Josiae, qui cavens dolum Aegyptiorum, negavit quantumvis Nechao assereret, nihil in illum ac in regnum moliri, sed in Afsyrium, in quem expeditio facta, & jussa per Prophetam à Nu-

mine: aliter, ni concederet, extorsurum transitum. Josias nec acquievit sermonibus Nechao ex ore Dei, verum perrexit, ut dimicaret in campo Mageddo, ibique vulneratus à sagittarijs & è conflictu eductus, exportatusque in Jerusalem, mortuus est. 2. Paralip. 35. à 22. Idem Joseph. 10. Antiq. cap. 6. & Comestor, in 4. Reg. cap. 37.

5. Aliter videtur 4. Reg. 23. ubi v. 29. dicitur: Abijt Josias in occursum ejus, & occisus est in Mageddo, cum vidisset eum. Alapid. Hoc est, cum cum preliando cepisset. Refragor. Minimè captus est Josias à Nechao, sed tantum vulneratus à sagittarijs, è quorum vulneribus mortuus est in Jerusalem. Causa mortis à S. Justino dicitur, eò quòd monitus à Jeremia, ne progredetur adversus Nechao; audire noluit, & morte inobedientiae poenas luit. Ita Ad Orthod. quest. 79. In Jeremia non invenitur, solummodo patet oraculum ex loc. cit. Paralip. n. amed. Arbitror mortuum pijsimum Principem, quia Deus eum educere voluit de medio iniquitatum; quippe instabant dies mali. Sepulchrum in mausoleo patrum suorum, & universus Juda & Jerusalem luxerunt eum: Jeremias maximè, cujus omnes cantores atque cantatrices usque in presentem diem lamentationes super Josiam replicant, & quasi lex obtinuit in Israel. 35. à 24. Quantum lamentum, dicitur Zachar. 12. 11. & Joseph. quò dudum, cum Genebrard. d. Quale, indicatur à Seder-Olam, cap. 24. illud Thren. 4. 20. Spiritus oris nostri Christus Dominus captus est in peccatis nostris (in flore aetatis de quo dicebamus) In umbra ejus vivemus inter Gentes. Illustrius, quò dicitur, Eccli. 49. à 1. Speculum fultit zeli Dei. Addit Comestor, ubi supra cap. 36. quòd licet Ezechias fregerit serpentem aneum, de quo 27. Octobr. n. 3. fractas portiones cum adoraret populus; etiam vestigia serpentis anei, quem comminuerat, sive contriverat Ezechias, rededit in pulverem. Idem Hieronym. Praefat. in Sophon. Occisus dicitur juxta urbem Adad-Remmon, in latere campi Mageddo, quò in loco fons & arbor speciosa, quae statim aruerunt. Comestor, ibid. cap. 37. qui etiam asserit, à Nechao cum universo exercitu Josiam inconsolabiliter planctum. Hebraei, quia locus Adad-Remmon, id est, Decor malorum puniceorum, inquam, apud Alapid. in Zachar. 12. 11. succidium esse puniceum, juxta quòd Josias occisus, quasi prognosticon mortis Regis, succisio fructus coronae praediti. De Adad-Remmon, Adrichom. in Manass. 1. n. 5. Post mortem ipsius, Oraculo Dodoneo primum Gra-

Causa mortis Josiae.

Quantum & quale lamentum ex ejus morte.

Reddit in pulverem fragmina serpentis anei.

Fons & arbor Josiae Oraculum Dodoneum.

Gracia usa est. Genebr. Ann. 3557. & Comestor. d. Addit. 1. de Oraculo, fonte & templo, 24. Februar. fuse dicendum. A Rabbinijs autumat post mortem Josiae, fulminatam prophetiam in Nechaum, vincendum post quatuor annos à Nabucho, eodem in loco quo victurus Adad, Regem in Charcamis. Verum adi, 18. April. n. 12. Hac in die post 15. annos juxta Alapide, quoniam supponit annum Sabbaticum quartum in regno Sedeciae; astruit in Jerem. 28. 16. Vatem sacrum divisisse inter Regem Juda & Principes finitimos cetenas ligneas, quas audacter confregit veterator, ariolus Hananias. Fallitur, uti dicitur 5. Jul. à 5.

Hananias comminuit Jeremie formans vinculorum.

6. Hac die nato Domino, Magi pervererunt Jerusalem, inquirentes de Rege Judaeorum, regnante Herode; à quo congregati in Synodum, quae decima Synagoga fuit, Principes sacerdotum & populi Scribae, indicant patriam. Genebr. Ann. 4054. ex Matth. 2. à 2. Ann. sequent. obit Simeon, qui Christum suscepit in ulnas. Vid. 3. Febr. n. 7. & 8. Octobr. n. 5.

Decima Synagoga Synodus.

Simeon obit.

7. Romae dies fastus, juxta Rosin. 4. cap. 5. Compitalitius, & Aegyptiacus, juxta Gyrard. qui dies, uti Nonarum sine ullius Nuninis protectione. Nonarum tutela Deo caret. Ovid. 1. Fast. Sueton. in August. cap. 92. Observavit (inquit) ne Nonis quicquam rei seria inchoaret: nihil in hoc aliud devitans, quam disphemiam nominis. Hic Casaubon. quia numerus Novem erat dicatus mortuus. At Alex. Neapol. 4. cap. 20. Quòd Nonas infornatas multis fuerat experius exemplis. Hoc die celebrabatur etiam ut fastus; quippe inventus est Romuli lituus, in profundissimo cinere demersus in aede Quirini. Tunc cum ab igne servatum offendissent, ceteris rebus igne correptis, in ingressu Gallorum; magnam de Roma spem conceperunt, tantquam aeterna illis salus futura. V. K. Marlian. cap. 29. Plutarch. à Camillo (in eo dicit) non in Quirini, sed in tugurio Martis post barbarorum discessum, illesum lituum inventum fuisse, quem eo mortuo Pontifices inter res sacras reposuere; quippe illo auspiciabantur auguria, coeli regiones describendo. Erat enim lituus baculus ab altera parte curvus. Hispan. Cayado, quia Reges vocabantur Pastores populorum. Unde Lituus loco sceptri, uti virga auguralis. Idem in Romulo, Macrob. 6. Saturnal. cap. 8. Aul. Gell. 5. cap. 8. Tit. Liv. 1. sect. 15. Cicer. 1. de Divinat. & Alex. Neap. 1. cap. 28. Primus lituus à Romulo, qui dum urbem conderet, hujusmodi baculum è regione direxit: qui

Hananias comminuit Jeremie formans vinculorum.

Decima Synagoga Synodus.

Simeon obit.

None in fastis.

Romuli lituus qualis & ab igne illesus.

Fons & arbor Josiae Oraculum Dodoneum.

cum situs esset in Curia Saliorum, quae est in Palatio, eaque deflagrasset, integer inventus est. Stuck. de Sacrific. Gen. cap. 111.

8. Tunc etiam caput ostensum est à Camillo, quòd prius repertum, cum Tarquinus Capitolij fundamenta foderet; quasi locus ille caput Italiae futurus & orbis. Plutarch. in Camil. Halicarnass. 2. n. 48. & Cato de Originib. in fin. inquit: Capitolium dictum à capite invento, fluente sanguine, dum Jovini templi fundamenta jaceret. Princeps Tarquinus: nam antea Tarpejus à Tarpeia, ibi scutis Sabinorum obruta. Natalis hodie quoque Servi Tullij plausibilis Romae. Popul. Roman. exactis Regibus (ait Macrob. 1. Saturn. cap. 13.) diem hunc Nonarum maximè celebrabat, quem natalem Servi Tullij existimabant. Cum incertum esset, quo mense natus, nonis tamen natum esse constaret; omnes nonas celebrari levitè frequentabant. Idem Constant. in illud Ovid. d. v. 57. Nonarum tutela Deo caret. Inter Romanos (quòd ab Attica sumptum, ut infra videbimus) etiam Natalis Herculis. Elias Vinerus, in Anson Edyl. 26. n. 333.

9. Triumphus accidit etiam. C. Jun. Bruti Bubulci de Lucanis. Goltz in Fast. pag. 79. ann. V. C. 476. Idem Reufner. Magni habitus, quia in bello Imperator vius fulmen. Diebus octo domuit hostes, de quibus egregiè triumphavit: postque Salutis aedem dedicavit, votam olim à se Consule. Briet. & Turicell. Ann. 452. Vid. 24. Februar. n. 15.

10. In tota Attica Herculis ortus & Europae raptus. K. Graec. Fabulae utriusque articuli decantatae à pluribus, maximè ab Ovid. 2. Metam. fab. ult. & lib. 9. fab. 6. quae refertur dolus Galanthis in Junonem, ut egrederetur Hercules in lucem; quapropter à Diva verfa est in mustelam. Plaut. fuse in Amphitruon. Natal. Comes, 7. Mytholog. à cap. 1. Gyrard. in Hercul. vir. & Chartar. de Imagin. à pag. 227. Ut nasceretur, tota domus coelitus luce repleta, ita ut extra prodiret splendor, illo diserpente binos cristatos angues Theocrit. Edyl. 24. & Ovid. Epist. 9. Fufius, Isagog. Octobr. à n. 35. Natum triplici dentium serie, scribit Rhodigin 4. cap. 1. Natus in orbis prodigium, atque Junonis opprobrium. Opprobrium, quia volens nolens fovit, atque lactavit. Articulum refert. Diodor. Sicul. lib. 4. n. 152. sed in splendorem Herculis deturpans sacram paginam, ut perito constabit. Alomona (ait) ubi peperit, invidiam Junonis metuens, in campum, qui Herculeus inde appellatur, infantem exponit; quo tempore Minerva cum

Unde Capitolium?

Tarpeja.

Natalis Servi Tullij.

Et Herculis.

Triumphus C. Jun. Bruti Bubulci.

Herculis natalis Galanthis.

Junone egressa, cum puellam non sine admiratione contempleretur, auctor fuit Junoni, ut mammam ei applicet: qua supra atatem illam compressis vellicata, doloris Juno impatiens, alumnium abiecit: quem tollens Minerva, domum reportat, matricque nutricandum commendat. Ex vexationibus parta felicitas. Unde illa apud Senec. in *Hercul. furent.* à v. 33. queritur, tabens de ejus gloria, superatis laboribus.

Crescit malis, iraque nostra fruitur.

Senec.

In laudes suas mea vertit odia.

Europæ raptus.

11 De Europæ raptu (filie Agenoris, regis Phœniciæ; Cadmique sororis) copiosa seges apud Ethnicos, nutritos fabulis, maximè Athenienses, aventes dicere aut audire aliquid novi. Hygin. *Fab.* 178. Palæphat. n. 16. Apollodor. 3. n. 4. & Natal. Com. 8. cap. 24. Cum illa Jupiter pervenit Gortynam in Insula Creta (quod fecit nuptias, effigiemque Tauri collocavit inter sidera, ut ait Hygin. in *Pœtic. Astron.* n. 22.) juxta fontem platanus una, insignis utriusque lingue monumentis, nunquam folia dimitteus. Plin. 12. cap. 1. Alij non in Cretam illam asportasse Jovem, dicunt; sed in Bœotiam ad vicum Teumestum, ubi in custodiam novæ nuptæ designavit canem & vulpem, quos in lapides post convertit, ibique videntur. Pausan. *cap.* 296. Alia, *Isagog. April.* n. 2. Cùm Europa non appareret, fictum in coelum elatum, & Deam factam, cui altaria atque templa dicarunt. Lucian. de *Dea Syria*, & Natal. Com. d. Unde ejus sacra dicebantur *Elotia*, maximè apud Cretenses. Meurf. 3. in *Græc. feriari.* Elotia enim dicta, quia corona myrtea cum Europæ ossibus vehebatur in pompa. Athen. 3. n. 90. & Petr. Castellan. de *Fest.* Imago erat foeminae arbori insidens, allusione ad præfatam platanum; ut cogitat Ludov. Nonnius, in *Græc. Goltz*, Tabul. 7. & Anton. Augustin. *Dialog.* 3.

Fons Europæ & arbor.

Apotheosis.

12 Athenis *Hermenæa* sacra, eò quod hoc in die à Furijs liberatus fuit Orestes, collocata in Areopago imagine *Justitiæ Deprecatricis*, visis jam Furijs albis, quæ Orestem opprimebant, faciebus occurrentes nigris, hydros quatientes. Meurf. d. cuius judicium sæpe pictum & sculptum in monumentum. Unde de Zopyro ait Plin. 33. cap. 12. *Arcopagitas & judicium Orestis, in duobus scyphis calavit: sicut crimen, ob quod à Furijs agitata (cùm matrem & Ægisthum interfecisset) in tabula eximie picta.* lib. 35. cap. 11. In eo loco, quod Mars primum ab homicidio absolutus, Orestis de matris cæde judicium est constitutum. Extat ad-

Hermenæa.

Justitiæ Deprecatricis.

Minerva Arca.

huc *Minervæ Arca* (id est, *Deprecatricis*) ara, quam Orestes jam absolutus, dicitur dedicasse. Scabella ibidem (quæ saxa esse videntur) duo argentea, quibus accusatores & rei insident: alterum *Contumelie*, Impudentia alterum vocant. Proximè *Dearum* est ades, quas Athenienses *Severas*, Hesiodus *Erimnes* nominat. Pausan. *cap.* 27. Fridericus Sylburg. hic, *Sedilia* dicit *Contumelie & Innocentia*. *Causin. lib.* 12. *Symb.* 23. idem astruit, additque, ibi etiam esse simulacra Telluris, Plutonis & Mercurij, quibus sacra fiebant à causa capitibus absolutis. Cùm post genitricis cædem pervenisset in *Marianum sanum*, ibi cepit insannire. Pausan. *cap.* 264. Furijsque visis digitorum dextræ manus sibi præ formidine arrosit, extructo in memoriam monumento, cui nomen *Diginus* (quod etiam notat Pier. Valer. 36. cap. 6.) *His Deas Orestis, cùm primum est mense captus, nigras obvias faciās, memorant: eandem cùm digitorum obedisset, albas apparuisse; & earum aspectu statim illum ad se redisse. Deabus Candidis & Gravis pariter hac ætate incolæ sacra faciunt. De his, quæ dicebantur Albe Dea, & Albe Nymphæ, quarum Regina Abundia; agemus, 16. August.* Totum factum antequàm in Areopago judicium constitueretur, ut refert Pausan. *cap.* 265. qui *cap.* 105. præmittit: *In arce Minervæ ades & signum, & juxta Lapis, qui Otiosus dicitur, quò ajunt, Orestem, cùm ibi sedisset, insania liberatum. In Laconia accidisse, refert Eustachius, ex quo Buleng. 2. de Pictur. cap. 10. Lapis albus (inquit) est in Laconibus, cui insidens Orestes, furorè liberatus est. Etiam celebratur inter Corinthios Tabernaculum Orestis. Causam signat Pausan. cap. 74. Prius enim quàm materni sanguinis maculam expiationibus Orestes elueret; de Træzenijs (inquit) nemo eum tecto recipere voluit, sed in ea ipsa cella illum consistere jusserunt: ibique qui ejus lustrationi præfuerunt, epulas ei præbuerunt, quamisper ritè expiatus est. Manet adhuc ritus, ut illorum posteri stans diebus eodem in loco cœnent. Defossis autem non longè à tabernaculo piaculis, laurum eam enatam tradunt, quæ adhuc viret. Hæc & alia etiam narrat Natal. Com. 9. *Mytholog. cap.* 2. Herodot. 1. n. 18. Alex. Neapol. 5. cap. 27. Rhodig. 17. cap. 5. & 21. cap. 24. Hygin. *fab.* 119. & Chartar. de *Imagin.* fol. 193. De modo libertatis ejus, fuga & morte, dicemus, 17. August. Aricie quò Dianæ simulacrum collocarat, fato functus. Eius ossa de Aricia Romam translata sunt, & condita ante templum Saturni; quod est ante clivum Capitolinum juxta Concordiæ templum. Hygin. 261.*

Orestes liberatus à Furijs.

Sedilia Contumelie & Innocentia.

Furie nigre & albæ.

Cum Gratijs.

Lapis Otiosus.

Orestis tabernaculum.

Et Laurus.

In

Fons in Andro coarctatus in vinum.

13 In Andro insula, templo *Liberi-Patris*, fontem *Nonis Januarij*, semper vini sapore fluere. Ita Plin. 2. cap. 103. Ejus sacra celebrata à *Nonis* per septem dies. Ex *Mutiano* idem, 31. cap. 2. E fonte *Liberi-Patris* statim diebus septenis ejus Dei, vinum fluere. Si auferatur à conspectu templi, sapore in aquam transeunte. Eadem *Majol. Tom.* 2. *Colloq.* 1. Tunc sacrificia aspergebantur vino: immò in ara ignis mero accendebatur. *Buleng. de Ration. Divinat. cap.* 1. Aptè *Scholias.* *Aristophan.* in *Pluto*, scribit: *Qui ex igne divinant, stramina subjiciunt, ut accendant ignem ex arte: Quod sæpe videbimus. Octavio (Augusti patre, ut in eo refert Sueton. cap. 94.) in Liberi-Patris ludo de filio consulentis, affirmatum est à Sacerdotibus; quòd infuso super altaria mero, tantum flammæ emicisset, ut supergressa fastigium templi, ad cælum usque ferretur: unque olim omnino Magno Alexandro apud eandem aras sacrificanti, simile pravenisset ostentum. Quæ ante Christum non permessa dæmoni? *Sil. Italic. 7. à v.* 185. accinit: *—In mediam jecit libamina flammam. —Subidè (mirabile dictu!)**

Sacra Liberi-Patris.

Lucus & ara.

Fagina pampineo spumarum pocula succo, Pauperis hospitij pretium, vilisque rubenti Fluxit nullætra mero, & quercu in cratera cavata. Dulcis odoratis humor sudavit ab vis. Vide *Claud. Dausquejum* hic. & *Euripid.* in *Bacch.* à v. 400. Unde ut *Bacchi* celebrarentur per dæmonem trice, vulgatum in *Nysa Eubœæ*, eodem die & vites florere & vuas maturefcere. *Stephan. de Urb.* & idem *Strabo, lib.* 15. de *Nysa Indiæ.*

Aquinum.

Sil. Italic.

14 Aliquando sicut alia embolia in commendationem *Numinum* (ut dicemus, 14. Octob.) comminiscabantur *Sacerdotes* hujusmodi speciem miraculorum, arteque apparebant. Apud *Naxum* fontem esse, ex quo vinum & quidem suavissimum nonnunquam profluit: inquit *Ctesias in Persicis*, pag. 759. *Phasidis fluvij* aquam, si die integro in vase conservetur, itidem mutari in vinum suavissimum: refert *Bisciol. Tom.* 2. lib. 4. cap. 6. n. 6. Arte fiebat, non miraculo: equidem herba *Zaclo* vinum in aquam convertitur, & *Moly* aqua in vinum, ut conficiunt *Ægyptij*, de quo meminit *Kircher. Tom.* 2. *Oedip. p.* 2. *Class.* 11. cap. 2. Ideo aqua siccinè condita, inebriat, ut canit *Ovid.* de aqua *Lyncæstis fluminis*, 15. *Metam.* fab. 22. Herbarum enim condimentis aqua vinum sapit, redolet & inebriat, quod *Ethnici* tribuebant potestati *Jachi*. *Omnis bonæ malæque materiæ artifex facunda natura*

Zaclo herba, & Moly.

Embolia accedotum Elbnico-vinum in miracula.

(ait *Valer. Maxim. 1. cap.* 8. n. 18.) quin constet, quare alteram in *Macedonia*, alteram in *Caleno agro*, aquam proprietatem vini, qua homines inebriantur, possidere voluerit. Non admiratione ista; cum sciamus, plurimum licentia vindicari, penes quos infinitus cuncta gignendi labor consistit. Patent *Ethnicorum* fuci. Haud absre *Bacchi* imago in quodam antro, veste muliebri vitibus circumdati jacentis, & porrigentis pateram *Chartar. Imag. fol.* 284.

Imago Bacchi.

15 Apud *Ægyptios* sacra *Soli* cum tellis, sicut apud *Romanos* *Apollini* cum sagittis. *K. Ægypt.* Pennatum venerabantur. Unde *Macrobius*, contendens *Mercurium* non aliud nisi *Solem*; *1. Saturnal. cap.* 19. Hoc argumentum (inquit) *Lucidius Ægyptij* absolvunt, ipsius *Solis* simulacra pennata fingentes; quibus color apud illos non unus est: alterum enim cærulea specie, alterum clara fingunt. Idem *Chartar. Imag. pag.* 54. qui pag. 64. refert imaginem cogitatam à *Capella*, *Philolog. lib.* 1. scilicet, *Erat in circulum ducta fulgens corona, quæ duodecim flammis ignitorum lapidum fulgurabat. Ipsi vero Divi tinctam cesariem, comasque credes bracteatas: facie autem pueri remidentis, in incessu medio juvenis anhelis; in fine, senis apparebat occidui. Corpus autem ejus aureum torum, pennata vestigia, pallium coccineum, sed auro plurimo ruralatum: sinistra manu clypeum coruscantem, dextrâ ardentem facem præferbat; calcei vero similes pyropo.*

Sacra Soli.

Imagines.

16 His signis & *Solis* notis addit, in *Deorum imagin.* n. 4. *Philosophus Albricus: Super caput portabat tripodem aureum. In dextera habebat sagittas, arcum & pharetram: in sinistra autem citharam tenebat. Sub pedibus depictum erat monstrum terrificum, cujus corpus erat serpentinum, triaque habebat capita, quæ in unum corpus coibant, unam tantum caudam serpentis habebant: coronam vero capite gestabat duodecim lapidum pretiosorum: juxta illum viridis laurus, & corvus niger. Sub lauro novem *Musæ choream* faciunt, & circa *Apollinem* cantus melodiam promunt. A longè verò *Phyton* serpens maximus erat, quem sagitta una per medium transiebat: & ille sedens inter duo juga *Parnasi*, de quo *fons Castalius* scaturiebat. Haud fugit *Kircherum* hujusmodi mythologica imago; verum addit in obelisco. *Pamphil. lib.* 3. cap. 11. faciem radiantem, calathum florum & fructuum, adversus corvum, cycnum; & *Solem* habitu *Medicum*, quorum signorum expositionem ibi videris.*

Alia.

Vi-